Marbio 23 (11)

In xpi nomine Amen. Anno nativitatis eiusdem millessimo quatercentessimo septuagessimo secundo indictione quinta die decimo quinto mensis junij. Actum dirolengi subtus
sedimo sancti spiritus ubi solent ex consuetudine longissima homines loci dicti pro eorum arduis negotiis congregari presentibus petro despa et johanne gambono
Ambobus habitatoribus loci dicti testibus notis vocatis et rogatis. Quorum omnium subscripti notarius presencia. Ubi providus vir Nicolaus de ferrarijs
de dirolengo consul dicti loci dirolengi cum maiori parte credendariorum et consiliariorum eiusdem loci. nomine aliorum consiliariorum absentium pro
quibus de rato promiserunt ut ex una. Necnon johannes de cerro et guilielmus pangonus eorum nominibus ac nomine et vice popularium desuper
in quadam asserta supplicatione pro quibus de rato habendo promiserunt et promittunt ex altera partibus. Renunciantes prius omnibus litibus et causis ex
utraque parte parendi pendentibus maxime occasione certi litteratorij ipsis statuti per magnificos predecessores marchionales maiores. Volentes
eorum lites et causas penitus amicabiliter inter sese quam per juris rigorem terminare. de ipsis litibus eorum quam dictis inter sese eorum dictis
nominibus. convenerunt concordaverunt et composuerunt ut infra. presentes sese et heredes. Quoniam primo convenerunt et vult. quod ipsi johannes
de cerro et guilielmus pangonus alijque populares elligant sex homines qui recipiant rationes a clavario dicti dirolengi et taleas
revideant et in temporibus imponant cum consulibus qui pro tempore fuerint et impositoribus deputatis et pro futuro
deputandis. cum fuerint vocati. ita quod si tales omnes non interessent maior pars ipsorum possit et valeat suprascripta facere et
adimplere qui incipiant ipsorum officium exercere in festo sancti johannis baptiste proxime venturo. Cum hoc pacto. quod quando ipsi
populares elligerint ipsos sex tres de credentia per credendarios deputandi. et tres elligendi per populares illos revidendi
ipsos electos et si videbitur tollant mutent et addant ut ipsis videbitur. Item convenerunt et utsupra quod in predictis
rationibus reddendis et taleis imponendis semper capitula facta per Illustrissimum d. d. nostrum marchionem etc. observentur ad unguem. Quas
quidem. conventionem concordiam et compositionem. et omnia suprascripta dicte partes. eorum et dictis nominibus presentes et heredes ac
successoribus sibi invicem et viceversa promiserunt firma manere semper consuetudine elligendi credentia pro futuro et ac in primis
semper et perpetuo habere et tenere rata grata et firma attendere et observare et nunquam contrafacere dicere opponere vel venire per se
vel alios aliqua ratione vel causa. modo vel ingenio de jure vel de facto sub pena mutue refectionis omnium et singulorum
damnorum expensarum et interesse litis et extra. Sub quam mutua ipsarum partium bonorum presentium et futurorum obligatione et ypotheca. Renuncians
dicte partes et utraque ipsarum. exceptioni sic ut premittitur non factarum presentium compositionis conventionis et concordie et omnium predictorum
ut supra non factorum et huiusmodi non promissorum rei quam non sic geste ac exceptioni doli mali vim metus. infacti actioni condicti sine
ob causam vel ex iniusta causa. et omni alij juris auxilio. de quibus omnibus et singulis rogatus sum Ego notarius infrascriptus ut duo eiusdem tenoris
plura conficiam instrumenta et tot quot fuerint opportuna laude sapientum semper substantia non mutata conficienda



Et ego dominicus de gerbinis filius de mengarda de dno. imperiali publicus Auctoritate notarius predictis interfui et hoc instrumentum inde
fieri jussum. tradidi et scripsi et me subscripsi cum signo meo solito tabellionatus in testimonium veritatis omnium premissorum

Univ. u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871483239-14/fragment/page=0001

1472 15/II

Morbio 23 (11)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871483239-14/fragment/page=0002